ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat prae-
sentibus. Illum Terminum primum peremptorium obli et alios
omnes exinde consequentes, causae eiusdem Terminos
semper semper peremptorios vera infirmitate, prima
iori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Re-
gnum militari servitio ad munimenta ad evictorem vel alijs
quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non diffe-
rendo. Ad quietationem praeterea citra proximos Officij
praefati Castren Capitan Praemyslien Terminos dilatio-
nem sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes ac
causarum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia poe-
nis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus
fatalis Iuris praescriptione Terrestri bello Conventione quae
ac alijs quibusuis Iuris remedijs et defensis non subter-
fugiendo nec alio quouis modo evadendo. Hac sua prae-
senti personali mutua recognitione ad praemissa omnia mediante.

Iezc Mgcum Sczawinski Castellanum Crusuicensem Quietat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus
Castren Capitan Praemyslien Generosus Albertus Iez sanus
mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus
Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competenti-
bus recedendo. Praesenti vero Castren Capitan Praemy-
slien Iurisdictioni quo ad actum hunc seipsum et se cum
Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter
et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere

publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Magnificum Constantinum Casimirum Sczawinski Castellanum Crusuicensem eiusque posteros de Summa Mille Quingentorum Florenorum Polonicalium sibi Recognoscenti per praefatum Magnificum Castellanum Crusuicensem modo limitibus debiti coram Actis Officij praesentis Feria Tertia post Dominicam Jubilate proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono inscripta et ad soluendum assecurata, tum et de eadem ipsa Inscriptione Debitoria Castren Praemyslien ob praescriptam sibi summam praefatam Mille Quingentorum Florenorum Polonicalium persolutionem quietat emittit, dimittit, et liberum absolutumque facit et perpetuo pronuntiat. Inscriptionem praefatam Debitoriam Castren Praemysliensem cum omnibus eius nexibus et ligamentis in toto et per omnia cassat mortificat et annihilat. Recognoscens sibi Summae eiusdem Suprascriptae realem praescriptam esse persolutionem. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Actum in Castro Praemysliensi Feria Tertia post Dominicam Inuocauit Quadragesimalem proxima Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

25/II 1670